

ANNOTATA.

“ Pollux; sed latius dici sic cœpere ἀφ' ἰασθηποτῶν πληγῆς τραύ-  
 “ ματα, ut ait Scholiastes ad Acharnenses Aristophanis. Cicero  
 “ Tusculanarum II. *Pugiles cestibus contusi*, id est ὑπωπιζόμενοι.  
 “ Usum μεταφορικῶν hujus vocis habuimus Luc. XVIII, 5. Cum  
 “ Paulus pycetæ se comparasset, quæri poterat, quis esset adversari-  
 “ us: Ipsum, inquit, corpus meum; Hoc ego obtundo, inquit, id est  
 “ multis afficio incommodis, de quibus vide supra IV, n. פ'נ'ג'ן  
 “ כ'נ' רעצ'ן ut de eadem re Maimonides. Etiam δσλαγωγεῖν  
 “ à pycetis desumptum est. Nam qui vicerat, victum trahebat ad-  
 “ versarium, quasi servum. Sic Paulus de corpore suo velut edo-  
 “ mito triumphabat. Sic Seneca epistola VIII. dixit durius tra-  
 “ ctandum corpus, ne animo male pareat Σκληραγωγία hoc  
 “ vocat Josephus in Danielis historia. Σωματικὴν γυμνασίαν  
 “ Paulus I. Tim. IV, 8. Ἀσκησιν Canon Apostolicus LI. Basilii de  
 “ legendis Græcorum libris: Ἐνὶ ἧ λόγῳ ὑπερωπότερον τῆ σώματι  
 “ τῷ μὴ ὡς ἐν βορβόρῳ ταῖς ἕδοιαις αὐτῆ καταρωρῦχθαι μέλλοντι, ἢ  
 “ ποσῶν ἀνθηκτέον αὐτῆ, ἔσον φησι. Πλάτων, ὑπερησίου σοφία κτω-  
 “ μένθ ἐικότα παρ τῷ Παύλῳ, ὡς πρῶτον μὴ ἐμίας χρῆναι τῆ σῶ-  
 “ ματος πρῶνοια ἔχειν εἰς Ἰππυμίας ἀφορμήν. Vide Ambrosium  
 “ epistola VII. Nazianzenum oratione VI. Augustinum de operi-  
 “ bus Monachorum cap. i. 9. & 10. voce δσλαγωγεῖν hoc sensu eti-  
 “ am Athenagoras utitur. Tacita comparatione perstringit illos  
 epulatores Corinthios.

Addimus quæ habet de hoc loco B. Chemnitius ex Concilio  
 Trid. parte IV. de jejunio p. 749. *Paulus I. Cor. IX. utitur exemplo  
 athletarum, quorum victus ratio exquisitissima erat. Non enim  
 promiscuè quidvis ingurgitabant, & à multis abstinebant, ut nec  
 corpus gravaretur, nec animi vis obrueretur sed ut & corpus agile,  
 & vis mentis presens, alacris, & vegeta redderetur, ad circumspe-  
 ctionem inferendi, excipienai, & præcaveni iictus. Ita & ego, inquit  
 Paulus, corpus meum subigo, coërceo, cobibeo, sugillo, obtundo.  
 Est enim valde illustris Metaphora in verbo ὑπωπιζω. Sicut enim  
 pugil adversarium suum observat, & iictibus ac plagis cobibet, sugil-  
 lat, & sibigit: Ita, inquit Paulus, ego corpus meum observo, & ne  
 caro adversaria sua reluctatione spiritum de statu suo dejiciat, &  
 subjugatum carni servum seu captivum reddat, subigo, obtundo,  
 edomo*